Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dum sororum gesta ad memoriam posterorum transferimus quid aliud agimus nisi ut dicam quoddam incentivum bellicum promoveamus per quod inbelles animos auditorum ad bella diuica accendamus ut cum pro laborum exercitio coronas acquisitas audierint iam certi de spe retributionis ardentiores fiant ad tolerandas passiones? hoc sane pendentes quia ni leue aut inane constat esse premium pro quo sancti corpora sua diuersis tormentorum supplicius tradiderit. Hec m causa extitit quia glorose uirginis kathyne memorabile certamis agone stili officio proposui enarrandum ut dum infirmioris sexus constantiam et imbecille etatis uirtutem attendimus hoc nolens ad ignominiam et opprobrium iure quis esse dicat quod puellas teneras per ignem et ferrum ad patriam celestem tendere uidemus? et nos barbati hoses nec pace seq[u]ituri? Si forte aliquis dicet. Fides catholica. per totum orbem disseminata est. xpi nomen gentes ubique fatentur et quia xpianitas in suis primoribus iam religiosa iam fidelis exstitit iamque persecutionis procellam detinuit ul' detinuit iam uincla et uerbera carceres et ceteros et cetera tormentorum genera peul cessisse mani